MORI, MORS. I. Mors naturalis, id est animæ et corporis separatio. — 1° *Quid sit mors, quid in Scriptura significet, quomodo vocetur et quibus rebus comparetur.* Primo. *Mortis definitio*, X, 345, 2. Ejus etyma, *ibid.* Mors quid sit describitur, XVI, 459, 1 : *Me oportet operari opera ejus qui misit me, donec dies est; venit nox, quando nemo potest operari;* Job, 598, 1. In morte fit separatio, non abolitio corporis et animæ, *ibid.* et 2 : *Verumtamen non ad consumptionem eorum emittis manum tuam; et si corruerint, salvabis.* Est somnus, III, 552, 1 : *Dormivit igitur David cum patribus suis et sepultus est in civitate David*, X, 582, 1. Est quasi longus somnus, IV, 554, 2 : *Considerabat quod hi qui cum pietate dormitionem acceperant, optimam haberent repositam gratiam.* Cur vocetur somnus, IV, 554. 2; XV, 248, 2 : *Dicebat* (Jesus) : *Recedite, non est enim mortua puella, sed dormit;* 650, 2 : *Respondens autem angelus dixit mulieribus.... Non est hic* (Jesus); *surrexit enim, sicut dixit;* XVI, 486, 2 : *Hæc ait* (Jesus), *et post hæc dixit eis : Lazarus amicus noster dormit : sed vado ut a somno excitem eum;* 490, 2 : *Qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, vivet;* XVII, 187, 2 : *Et cum hoc dixisset* (Stephanus), *obdormivit in Domino;* Job, 85, 1 : *Quare non in vulva mortuus sum, egressus ex utero non statim perii?.... Nunc enim dormiens silerem, et somno meo requiescerem;* 234, 1; 276, 1 : *Habebis fiduciam proposita tibi spe, et defossus securus dormies. Requiesces, et non erit qui te exterreat.* Peculiariter mors justorum somno assimilatur, 234, 1. Mortis et somni affinitas, XVIII, 321, 2 : *Si dormierit vir ejus, liberata est, cui vult nubat : tantum in Domino;* XIX, 130, 1 : *Nolumus vos ignorare, fratres, de dormientibus, ut non contristemini, sicut et cæteri qui spem non habent.* Mortem Gentiles ut deam habuerunt, XI, 397, 1 : *Dixistis enim : Percussimus fœdus cum morte, et cum inferno fecimus pactum.*

Secundo. *Quid vox mortis in Scriptura significet.* Mors Hebræis morbum, pericula et quamlibet afflictionem gravem significat, XVIII, 126, 2. *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus?* 422, 2 : *Sed ipsi in nobismetipsis responsum mortis habuimus, ut non simus fidentes in nobis, sed in Deo qui suscitat mortuos : qui de tantis periculis nos eripuit et eruit, in quem speramus, quoniam et adhuc eripiet.* Mors sæpe pestem significat, XXI, 144, 1. Item statum mortuorum, XVIII, 414, 2 : *Ubi est, mors, victoria tua? ubi est, mors, stimulus tuus?*

Tertio. *Quomodo mors in Scriptura vocetur.* Ab Hebræis vocatur congregatio, XI, 203, 1, 2; XIII, 336, 1. Quare vocetur nihil, XIII, 605, 2. Vocatur nox, XVI, 459, 1. Cur vocetur resolutio, XIX, 309, 1 : *Ego jam delibor, et tempus resolutionis meæ instat.* Cur vocetur dolorosa, XVII, 97, 2 : *Quem* (Jesum) *Deus suscitavit, solutis doloribus inferni.* Mortis regio confusa, *Job*, 259, 1 : *Fuissem quasi non essem, de utero translatus ad tumulum....., antequam vadam, et non revertar ad terram tenebrosam, et opertam mortis caligine, terram miseriæ et tenebrarum, ubi umbra mortis, et nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.* Mortis domus est proprie in inferno, VI, 102, 1. Tormentum mortis quinque significat, VIII, 329, 1 : *Justorum autem animæ in manu Dei sunt, et non tanget illos tormentum mortis.*

Quarto. *Quibus rebus mors comparetur.* Ejus hieroglyphicum et figura, XIII, 622, 2. Recte comparatur unicorni, I, 91, 1. Crocodilo denotatur, VI 440, 1, 2. Cum vento comparatur, VII, 292, 1 : *Non est in hominis potestate prohibere spiritum, nec habet potestatem in die mortis.* Vento urenti similis est, *Job*, 543, 2 : *Tollet eum ventus urens, et auferet, et velut turbo rapiet eum de loco suo.* Mortis symbolum aquilo, XII, 20, 1. Mortis tempus nocte, vitæ die significatur, *Psalm.* I, 121, 2 : *Deus meus, clamabo per diem, et non exaudies; et nocte, et non ad insipientiam mihi.* Mors cur equo insidere fingatur, XXI, 144, 2 : *Et ecce equus pallidus, et qui sedebat super eum, nomen illi Mors, et infernus sequebatur eum.* Mors in *Apocalypsi* inducitur quasi persona comica, XXI, 33, 2 : *Habeo claves mortis et inferni;* 360, 2 : *Et mors et infernus dederunt mortuos suos qui in ipsis erant.* Morti comparatur amor, VIII, 218, 2 (*Vide* Amor). Morti comparatur ambitiosus et avarus, XIV, 228, 1 (*Vide* Ambitio, Avaritia). Portæ mortis quæ, VIII, 894, 1 : *Tu es enim, Domine, qui vitæ*

*et mortis habes potestatem, et deducis ad portas mortis et reducis.*

2° *Quæ sit causa mortis.* Primo. Mortem Deus non fecit per se, VIII, 291, 2 : *Quoniam Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione vivorum.* A Deo non est creata, IX, 346, 1 : *Bona et mala, vita et mors, paupertas et honestas a Deo sunt.*

Secundo. *Unde mors in homine oriatur, est homini pœna, non natura,* X, 555, 2; XVIII, 98, 1 : *Sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, et per peccatum mors, et ita in omnes homines mors pertransiit.* Mors est contra naturam, ideo eam sancti horrent. 447, 2 : *Nam et in hoc ingemiscimus, habitationem nostram, quæ de cælo est, superindui cupientes;* XIX, 374, 2 : *Quia ergo pueri communicaverunt carni et sanguini, et ipse participavit eisdem; ut per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperium, id est diabolum; et liberaret eos qui timore mortis per totam vitam obnoxii erant servituti.* Mors corporis et animæ est pœna peccati Adæ, I, 90, 2 : *Præcepitque* (Deus) *ei* (Adæ) *dicens : Ex omni ligno paradisi comede : de ligno autem scientiæ boni et mali ne comedas : in quocumque enim die comederis ex eo, morte morieris.* Mors est peccati pœna, VIII, 292. 1. Est peccati comes, filia et stipendium, XVIII, 98, 1, 2; 100, 2: *Usque ad legem enim peccatum erat in mundo;* 114, 2 : *Stipendia enim peccati mors. Gratia autem Dei, vita æterna in Christo.* Mors est quasi peccatoris mater, 601, 2. Mors est administra et executrix divinæ justitiæ, X, 346, 2. Ob peccata juste infligitur, 347, 1. Stimulus mortis est peccatum, XVIII, 415, 2: *Ubi est, mors, victoria tua? ubi est, mors, stimulus tuus? Stimulus autem mortis peccatum est, virtus vero peccati lex.* Mortem gerimus in visceribus nostris, 98, 2. Mors primogenita dicitur, quia est peccati filia primogenita ejusque ex asse hæres, 99, 1. Non sola moriendi necessitas, sed et ipsa mors actualis in omnes homines pertransiit, 98, 1. Mors regnat etiam in eos qui actu non peccarunt, ut in infantes, 101, 1 : *Regnavit mors ab Adam usque ad Moysen, etiam in eos qui non peccaverunt in similitudinem prævaricationis Adæ.* Mors alias intentatur legem prævaricantibus, VI, 23, 2 : *Qui custodit mandatum, custodit animam suam; qui autem negligit viam suam, mortificabitur.*

Tertio. *Mortis causæ subsequentes.* Mortem in se homo circumfert, XI, 600, 2. Mors a tristitia acceleratur, X, 281, 1 : *A tristitia enim festinat mors, et cooperit virtutem, et tristitia cordis flectit verticem.* Mortem affert nimia tristitia, XVIII, 465, 1. *Sæculi... tristitia mortem operatur.* Mortui sunt quidam ex nimia lætitia, XVI, 35, 1. Pene omnes gula morientur, X, 266, 2 : *Propter crapulam multi obierunt : qui autem abstinens est, adjiciet vitam.*

3° *Mors et certus dies mortis omnibus constituta.* Mors omnibus certa et inavitabilis, VIII, 307, 1 : *Umbræ enim transitus est tempus nostrum, et non est reversio finis nostri, quoniam consignata est, et nemo revertitur,* X, 556, 1. Mori omnibus statutum, XIX, 449, 2 : *Statutum est hominibus semel mori, post hoc autem judicium.* Moriendum omnibus ex Dei decreto et moriendi necessitate, X, 283, 1 : *Memor esto judicii mei; sic enim erit et tuum; mihi heri, et tibi hodie;* 346, 1, 2; 347, 2; 348, 1 : *Noli metuere judicium mortis. Memento quæ ante te fuerunt, et quæ superventura sunt tibi; hoc judicium a Domino omni carni;* 556, 1. Omnibus mors certo impendet, IX, 416, 2 ; 417, 1 : *Memor esto quoniam mors non tardat, et testamentum inferorum, quia demonstratum est tibi; testamentum enim hujus mundi, morte morietur,* XVI. 170, 1, 2. *Dixit autem illi Deus* (homini diviti) : *Stulte, hac nocte animam tuam repetunt a te : quæ autem parasti, cujus erunt?* Omnes morientur, XXI, 341, 2. Mors est velut monarcha mundi invincibilis, VII, 293, 2. Per Adæ peccatum inducta, omnibus ejus posteris dominabatur usque ad Christi adventum, XIII, 462, 2. Omnes expugnat, etiam validissimos, 464, 1. Velut uncinus pomorum est quæ omnes hominis dotes, virtutes et vitia attrahit, 621, 1. Mors quomodo homines devoret, sed vivos retineat, XIV, 39, 1 : Ad mortem tendimus mox ut nati sumus, XVI, 315, 2. Mors defluens quæ vocetur, et quare, X, 555, 2 et seq. : *Pro morte defluente deprecatus sum.* Mors omnes sensim ex hac vita tollit, *ibid.* Cur mors vocetur testamentum sæculi, IX, 425, 1. Vocatur judicium ob tres causas, 283, 1. Mors et infernus insatiabiles sunt, VII, 46, 2 : *Omnia flumina intrant in mare, et mare non redundat.* Plusquam media pars hominum moritur ante annum vigesimum, XXI, 378, 1. Mortis luctus toti naturæ nostræ est communis, XVI, 488, 2. Xerxis et Saladini de morte sententia, I, 91, 1.

4° *Mortis dies est incerta,* IX, 417, 1, 2. Ubique et semper timenda, quia incerta, X, 327, 2 : *Furor, zelus, tumultus, fluctuatio, et timor mortis, iracundia perseverans et contentio, et in tempore refectionis in cubili somnus noctis immutat scientiam ejus.* Cuique immittitur modo et tempore decreto a Dei beneplacito, sed hominibus ignoto, X, 348, 2; 349, 1 : *Et quid superveniet tibi in beneplacito Altissimi? sive decem, sive centum, sive mille anni.* Mortis incertitudo, et quomodo diabolus ea utitur ad homines decipiendos, I, 99, 2 : *Dixit autem serpens ad mulierem : Nequaquam morte moriemini.*

Omnes in fine mundi morientur igne, XX, 478, 1 : *Cœli autem qui nunc sunt, et terra eodem verbo repositi sunt, igni reservati in diem judicii et perditionis impiorum hominum.* Morituri an sint qui in fine mundi vivi obviam Christo rapientur, XVIII, 413, 1 ; *Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur.* An omnes qui in fine mundi invenientur, sint morituri, 448, 2 ; XIX, 133, 2 : *Et mortui qui in Christo sunt, resurgent primi; deinde nos, qui vivimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obviam Christo in aera.* Mors quos datura tunc mortuos, XXI, 360, 2 : *Et mors et infernus dederunt mortuos suos, qui in ipsis erant.* Mors novissima destruetur in resurrectione, XVIII, 404, 1 : *Novissima autem inimica destruetur mors.* Mors est quasi latro et fur nocturnus, XII, 153, 2 : *Adduces enim super eos latronem repente;* XV, 520, 1, 2 : *Illud autem scitote, quoniam si sciret paterfamilias qua hora fur venturus esset, vigilaret utique, et non sineret perfodi domum suam. Ideo et vos estote parati, quia qua nescitis hora Filius hominis veniet,* XXI, 69, 2 : *Si non vigilaveris, veniam ad te tanquam fur, et nescies qua hora veniam ad te.* Mors homines capit sicut laqueus pisces, VII, 325, 2 ; 326, 1 : *Nescit homo finem suum; sed sicut pisces capiuntur hamo, sic capiuntur homines in tempore malo, cum eis extemplo supervenerit.* Homo sibi crastinum promittere non potest, XX, 189, 2 : *Ecce nunc qui dicitis : Hodie aut crastino ibimus in illam civitatem, et faciemus ibi quidem annum, et mercabimur, et lucrum faciemus : qui ignoratis quid erit in crastino.* Mors repentina per multorum exempla probatur, XX, 192, 2 ; 193, 1 : *Quæ est enim vita vestra? Vapor est ad modicum parens, et deinceps exterminabitur.* Morte inopinato homines opprimuntur, XV, 520, 2. Plurimæ mortis viæ inopinatæ, *Job,* 449, 1 : *Ducunt in bonis dies suos, et in puncto ad inferna descendent.* Multiplex repentinæ mortis causa, *ibid.* Mors repentina inter magnas voluptates acerbior accidit, *ibid.* Mors repentina minus doloris habere videtur, sed eo quod improvisa magis affligit, XII, 410, 2; 677, 2. Mors subitanea olim erat genus felicitatis, *Job,* 447, 2. Impii mors plerumque improvisa accidit, 447, 2. Baltasar in mensa mortis sententiam accepit, *ibid.* Reges et principes repentinis mortibus patent, 448, 1. Repentinæ diversorum regum ac principum mortes, 448, 2. Imperatorum repente morientium series, *ibid.* Mors tyrannorum plerumque violenta et improvisa, I, 562, 2; XIII, 541, 1. Mors nulli dedit inducias usque mane, X, 283, 1. Mori in tempore non suo, quid, tres expositiones, VII, 267, 2 : *Ne impie agas multum : et noli esse stultus, ne moriaris in tempore non tuo.* Mors dilata est velut mora sponsi Christi, XV, 526, 1. Mortis dies multis sanctis revelata fuit, XX, 426, 2 : *Certus quod velox est depositio tabernaculi mei, secundum quod et Dominus noster Jesus Christus significavit mihi.* Paulus etiam præscivit mortem suam, XIX, 309, 1 : *Ego enim delibor, et tempus resolutionis meæ instat.* Exempla subitæ, sed sanctæ mortis, VIII, 363, 2 : *Justus autem, si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit.* Mors cita beneficium peccatoris, III, 354, 2. Mors cita est purgatorium, VIII, 363, 2 : Hæc est prædestinationis signum, 369, 1. *Raptus est ne malitia mutaret intellectum ejus, aut ne fictio deciperet animam illius.* Mors sanctis nunquam improvisa, *Job,* 93, 1. Mors cito instans hominem ad fervorem spiritus incitat, XI, 506, 2.



6° *Mortis consectaria.* Primo. *Consectaria naturalia.* Per mortem homines in terram revertuntur, X, 330, 1 : *Omnia quæ de terra sunt, in terram convertentur, et omnes aquæ in mare revertentur.* Mors est tinea corporis, *Job,* 117, 2 : *Quanto magis hi qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentum, consumentur velut a tinea?* Mors est quædam putredo, XIV, 264, 1 : *Ingrediatur putredo in ossibus meis, et subter me scateat. Ut requiescam in die tribulationis, ut ascendam ad populum accinctum nostrum.* Mors tropologice est domus pulveris, XIV, 72, 2 : *In domo pulveris pulvere vos conspergite.* Mortem sequitur horror et tenebræ, XII, 115, 1 : *Date Domino Deo vestro gloriam, antequam contenebrescat, et antequam offendant pedes vestri ad montes caliginosos : expectabitis lucem, et ponet eam in umbram mortis, et in caliginem.* Mors omnes æquat, *Job,* 91, 1 : *Parvus et magnus ibi sunt, et servus liber a domino suo.* Mors privat omnibus bonis terrenis, 439, 1 : *Apertum erit germen domus illius, detrahetur in die furoris Dei.*

Mortis alia bona, quibus suavis sit, X, 346, 2; 347, 1 : *O mors, bonum est judicium tuum homini indigenti, et qui minoratur viribus, defecto ætate, et cui de omnibus cura est, et incredibili qui perdit patientiam.* Mori in senectute bona, prospera et pacifica est extremum hujus vitæ bonum, IV, 311, 1 : *Et completis annis nonaginta novem in timore Domini, cum gaudio sepelierunt eum.* Mors malorum carentia est, XX, 426, 1. A quibus malis homo per mortem liberetur, X, 349, 1. Mors quo sensu melior vita miserrima, VII, 164, 1 : *Verti me ad alia, et vidi calumnias quæ sub sole geruntur, et lacrymas innocentium, et neminem consolatorem; nec posse resistere eorum violentiæ, cunctorum auxilio destitutos. Et laudavi magis mortuos quam viventes : et feliciorem utroque judicavi, qui necdum natus est, nec vidit mala quæ sub sole fiunt.* Quomodo mors melior sit vita amara, X, 99, 2, *Melior est mors quam vita amara; et requies æterna quam languor perseverans.* Mors vitæ miseræ præferenda, *Job,* 92, 1 : *Quare misero data est lux, et vita his qui in amaritudine sunt.* Aufert invidiam, XX, 161, 1. Mori satius est quam calumnia impeti, X, 58, 1 : *Mors illius* (linguæ nequam) *mors nequissima, et utilis potius infernus quam illa.*

Secundo. *Mortis consectaria spiritualia.* Mors claudit tempus merendi, XVI, 527, 2 : *Dum autem irent emere* (quinque virgines fatuæ), *venit spon*

*sus : et quæ paratæ erant, intraverunt cum eo ad nuptias, et clausa est janua.* Mors sortes educit salutis vel damnationis cujusque nostrum, V, 519, 2. In morte piis et impiis pro meritis dabitur merces, IX, 358, 1 : *Facile est coram Deo in die obitus retribuere unicuique secundum vias suas.* Mors est extrema perditio, VI, 351, 2. Ante eam nemo dicendus beatus, IX, 359, 1 : *Ante mortem ne laudes quemquam;* XXI, 281, 2 : *Et audivi vocem de cælo dicentem mihi : Scribe : Beati mortui qui in Domino moriuntur.*

7° *Quæ sit mors justorum et pro justis.* Mors justorum qualis sit, multis docetur exemplis, I, 413, 2 : *Finitisque mandatis quibus filios instruebat, collegit* (Jacob) *pedes suos super lectulum, et obiit, appositusque est ad populum suum;* II, 321, 1 : *Moriatur anima mea morte justorum, et fiant novissima mea horum similia.* Mors sanctorum qualis sit, IX, 635, 1. Mors justorum pretiosa et qualis sit, *Psalm.* II, 282, 1 : *Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus.* Mors sanctorum Deo curæ est, XVIII, 442, 1, 2. Mors viris justis est pax et tranquillitas, XI, 666, 2 : *A facie enim malitiæ collectus est justus.* Iis est mors suavis instar somni : inde sepulcra eorum cubilia sunt, et cœmeteria dicuntur quasi dormitoria, 382, 1 : *Vade, populus meus, in cubicula tua, claude ostia super te, abscondere modicum ad momentum, donec pertranseat indignatio.* Mors justorum finis laborum, XIX, 15, 1; 309, 1; 310, 1, 2 et seq. : *Ego enim jam delibor, et tempus resolutionis meæ instat. Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi, in reliquo reposita est mihi corona justitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die justus judex,* 375, 1. Mors sanctorum requies, *Job,* 85, 1; 234, 1; 276, 1. Justis est principium vitæ, eis est non interitus sed transitus, VIII, 330, 1 : *Visi sunt oculis insipientium mori, et æstimata est afflictio exitus illorum : et quod a nobis est iter, exterminium; illi autem sunt in pace.* Mors est remedium omnium malorum, *Job,* 89, 2 et seq. : *Ibi impii cessaverunt a tumultu, et ibi requieverunt fessi robore,* VIII, 302, 1. Mortis bona, XVI, 74, 1; XIX, 372, 5. Mors ducit ad veram vitam, IV, 458, 1. Per mortem fit ad meliorem vitam transitus, X, 350, 1. Mors est janua immortalitatis, quomodo, VIII, 424, 1. Mors justo læta, *Job,* 93, 2; 94, 1. Viri sancti mortem expectant, et ad eam anhelant, gaudent de mortis propinquitate, 93, 1, 2 : *Qui expectant mortem et non venit, quasi effodientes thesaurum : gaudentque vehementer cum invenerint sepulcrum.* Mors Christianis et justis optanda, nec timenda, I, 264, 1; VIII, 369, 2; *Job,* 785, 1, 2. Justi in vita et morte securi, *Job,* 275, 1. Fuit optata justis, *Job,* 86, 1; 93, 1; 94, 2. Mors in Domino est mors amoris, XXI, 282, 1. Mors spei fundamentum Jobo, *Job,* 305, 2 : *Etiamsi occiderit me, in ipso sperabo.* Mortis lucrum est Christus, Christoque fruitio, XIX, 11, 2 : *Mihi enim vivere Christus est, et mori lucrum.*

8° *Quæ sit mors peccatorum et pro peccatoribus.* Mors peccatorum quare pessima, *Psalm.* I, 207, 2 : *Mors peccatorum pessima, et qui oderunt justum delinquent.* Mors impiorum qualis sit, V, 52, 1 : *Ego quoque in interitu vestro ridebo, et subsannabo, cum vobis, id quod timebatis, advenerit; cum irruerit repentina calamitas, et interitus quasi tempestas ingruerit, quando venerit super vos tribulatio et angustia.* Mors impii tristis, *Job,* 275, 1. Mors aufert memoriam præteritarum voluptatum, et cruciat sensu dolorum præsentium et futurorum, IX, 358, 2 : *Malitia horæ oblivionem facit luxuriæ magnæ, et in fine hominis, denudatio operum illius.* Mortis apprehensio sæpe magis maleficos affligit, quam ipsa mors, X, 345, 1. *O Mors, quam amara est memoria tua homini pacem habenti in substantiis suis;* XXI, 159, 1, 2. Mortem horrent iniqui opum corrasores, VI, 101, 2 : *Rapinæ impiorum detrahent eos, quia noluerunt facere judicium.* Mors calcat impios ut rex, *Job,* 392, 2 : *Avellatur de tabernaculo ejus fiducia ejus, et calcet super eum quasi rex interitus.* Mors impiorum plerumque improvisa, *Job,* 447, 2 : *Ducunt in bonis dies suos, et in puncto ad inferna descendunt.* Deus non gaudet de morte peccatorum, VIII, 291, 1 : *Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione vivorum.* Justis aliquando mors mala contingit, III, 625, 2.

9° *Erga mortem quomodo gerere nos debeamus.* Primo. *Mors semper cogitanda et præmeditanda;* III, 551, 1 : *Appropinquaverunt autem dies David ut moreretur, præcepitque Salomoni filio suo, dicens : Ego ingredior viam universæ terræ;* IX, 257, 1; 258, 2 et seq. : *In omnibus operibus tuis memorare novissima tua, et in æternum non peccabis;* 478, 1 : *Memor esto quoniam mors non tardat;* X, 283, 2 : *Memor esto judicii mei, sic enim erit et tuum, mihi heri, et tibi hodie;* Job, 260, 2. In omnibus operibus est nobis præ oculis habenda, VI, 244, 1, 2 : *Præpara foris opus tuum, et diligenter exerce agrum tuum, et postea ædifices domum tuam.* Mortis memoriam quomodo quidam habuerint, I, 126, 2.

Mortis meditatio necessaria ad vitæ puritatem assequendam, *Job,* 87, 1. Mors attentius considerata mortem affert affectibus malis, X, 49, 2 : *Memento novissimorum, et desine inimicari; tabitudo enim et mors imminent in mandatis ejus.* Mortis meditatio est remedium superbiæ, XVII, 292, 1, 2. Mortis cogitatio est præsentissimum concupiscentiæ antidotum, XVIII, 128, 2. De morte cogitans, cinere se cibat, XII, 387, 1 : *Fregit ad numerum dentes meos, cibavit me cinere.* Ejus memoria fugat spiritum acediæ et tristitiæ, VI, 284, 2. Mortis meditatio vitam parit spiritualem, *Job,* 381, 1; 382, 1 : *Putredini dixi : Pater meus es; mater mea et soror mea, vermibus.* Sic Job



in morte et putredine novam generationem philosophabatur, *ibid.* Mortis stimulus est efficax ad certamen et gloriam, XXI, 51, 1 : *Qui vicerit, non lædetur a morte secunda.* Mortis memoria bene mori docet, II, 322, 2. Est via ad cœlum, I, 252, 1 : *Cumque surrexisset* (Abraham) *ab officio funeris, locutus est ad filios Heth, dicens : Advena sum et peregrinus apud vos : date mihi jus sepulcri vobiscum, ut sepeliam mortuum meum,* 703, 1.

Mortis memoria frontibus fidelium in die cinerum inscribitur, XII, 566, 1 : *Et ecce sex viri veniebant de via portæ superioris, quæ respicit ad aquilonem; et uniuscujusque vas interitus in manu ejus : vir quoque unus in medio eorum vestitus erat lineis, et atramentarium scriptorii ad renes ejus : et ingressi sunt, et steterunt juxta altare æreum.* Quod ex morte aliorum commodum capere debeamus, X, 283, 1. In morte aliorum cur plorandum, 278, 1, 2 : *Fili, in mortuum produc lacrymas, et quasi dira passus, incipe plorare.*

Secundo. *Ad mortem per sanctam vitam nos parari oportet.* Ad mortem homo se parare debet, XII, 437, 2. Mors vitæ similis, *Job,* 424, 1. Mors bona et sancta vitam bonam et sanctam consequitur, II, 320, 2; V, 440, 2 : *In malitia sua expelletur impius; sperat autem justus in morte sua.*

Tertio. *Mors non timenda, sed contemnenda, imo exoptanda.* Eam Christiani timere non debent, X, 350, 1. Non est metuenda, X, 347, 2; XIX, 30), 2; 375, 1. Ejus contemptum parit amor Christi, XVIII, 678, 2. Ejus contemptus reddit hominem intrepidum ad heroica in bello facinora designanda, X, 348, 1. Ejus contemptus parit gloriam, XVI, 591, 2. Eam probatus quotidie expectat, sanctus desiderat, XIX, 14, 1, 2; 15, 1 : *Coarctor autem e duobus : desiderium habens dissolvi et esse cum Christo.* Eam optare nonnunquam licet, *Job,* 236, 2 : *Si flagellat, occidat semel, et non de pœnis innocentum rideat.* Sancti ad mortem anhelant, X, 350, 1. Unde Christianis sit optanda, XVI, 74, 1 : *Nunc dimittis servum tuum, Domine, secundum verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei salutare tuum.* Mori quidam maluerunt quam peccare, quod multis exemplis et sanctorum et Gentilium docetur, I, 352, 2. Mors omni loco expectanda, IV, 296, 2.

Quarto. *Mors excipienda est hilariter et aliquando pro Christi fide subeunda.* Excipienda est hilariter, X, 348, 2; 349, 1. Morientium variorum pia et sancta verba, I, 417, 1. Mors pro Christo generose subeunda est, XV, 277, 1 : *Qui invenit animam suam, perdet illam; et qui perdiderit animam suam propter me, inveniet eam.* Mors in vita sita est, et vita in morte, quo sensu, 277, 2. Mors gloriosa est, pugnando pro fide, lege, et Deo occumbere, IV, 428, 2 : *Et ait Judas : Accingimini, et estote filii potentes, et estote parati in mane, ut pugnetis adversus nationes has quæ convenerunt adversus nos, disperdere nos et sancta nostra. Quoniam melius est nos mori in bello quam videre mala gentis nostræ et sanctorum : sicut autem fuerit voluntas in cælo, sic fiat;* 456, 1 : *Et ait Judas : Absit istam rem facere ut fugiamus ab eis : et si appropiavit tempus nostrum, moriamur in virtute propter fratres nostros, et non inferamus crimen gloriæ nostræ.* Mortem sibi quemque inferre posse censebant Stoici, sed falso, XVII, 320, 1.

Quinto. *Quantum mors Christi ut nos ipsi mortem non timeamus, sed optemus et excipiamus, doceat et excitet.* Mors Christi fuit voluntaria, et non coacta, XVI, 475, 1; 476, 1 : *Animam meam pono pro ovibus meis.... Nemo tollit eam a me; sed ego pono eam a meipso.* Cur mortis suæ mentionem Christus apud Apostolos fecerit, XVI, 236, 1 : *Primum autem oportet illum* (Filium hominis) *multa pati, et reprobari a generatione hac.* Mors Christi manifestavit qui in Israele probi, qui improbi essent, 79, 2 : *Ecce positus est hic in ruinam et in resurrectionem in Israel, et in signum cui contradicetur. Et tuam ipsius animam pertransibit gladius, ut revelentur ex multis cordibus cogitationes.* Judæi scandalizabantur, quia eum æternum fore vitalem putabant, XIX, 441, 2. Mors et infernus ante Christum idem quid erat, XVII, 96, 2. Mors Christi velut somnus fuit, et quare, XVI, 632, 1; 650, 2; *Psalm.* I, 20, 2 : *Ego dormivi, et soporatus sum, et exurrexi, quia Dominus suscepit me;* 269, 1 : *Verbum iniquum constituerunt adversum me, numquid qui dormit, non adjiciet ut resurgat?* Mors Christi fuit mundo velut nox, XVI, 458, 2 : *Me oportet operari opera ejus qui misit me, donec dies est; venit nox, quando nemo potest operari* (*Vide* Jesus Christus).

Mors Christi omnium sæculorum hominibus fuit proposita, XIX, 448, 2. Est necessaria ad Novi Testamenti confirmationem, 442, 1, 2 : *Ubi enim testamentum est, mors necesse est intercedat testatoris.* Morte sua Christus diabolum vicit, XVI, 511, 2 et seqq. : *Nunc judicium est mundi, nunc princeps hujus mundi ejicietur foras.* Christus dum ex morte et inferno resurgeret, de utroque triumphavit, XIII, 462, 2 : *De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos; ero mors tua, o mors; morsus tuus ero, inferne.* In mortem descendens, Christus eam occidit, XIV, 46, 1. Mortem quomodo devicerit, XVII, 97, 2. Christus suæ mortis nos memores esse jubet, XVIII, 454, 1. In Missa verbo et facto repræsentatur, XV, 557, 2; XVIII, 367, 2 : *Quotiescumque manducabitis panem hunc, et calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis donec veniat* (*Vide* Eucharistia). Ut mortem non horreamus, sua tristitia nos docuit Christus, XV, 568, 2. Mors Christianis jucunda per Christum facta est, XIX, 375, 1, 2. Mors Christi mortis nostræ remedium est, X, 176, 2.

10° *Variæ mortis adventus circumstantiæ.* Mo-

ritur homo sensim et quo ordine, III, 334, 2. Morituri subinde divinant, IV, 310, 1. Morti vicinos divinare censebant prisci philosophi, XIII, 247, 2. Moribundis sanctis Deus vel angeli sæpe multa revelant, *ibid.* In morte sapit quislibet insipiens, XIII, 383, 2. Morituris vinum datur, cur, VI, 485, 2. Morientibus dæmon forma horribili apparere solet, XXI, 204, 1. In morte an quilibet videant Christum crucifixum, boni ad exaltationem, mali ad confusionem, XIV, 510, 2. Mortis tempus tenebrosum est, VII, 375, 2 et seq. Morientes quomodo consolandi sint, X, 284, 2 et seq. Morientes animam Deo commendant, XX, 373, 1. Morientibus oculi claudi solent a charissimis, I, 380, 1.

II. Mors spiritualis sive mors animæ per peccatum. — Mors animæ in quo consistat, XX, 575, 2: *Qui non diligit, manet in morte.* Ea vera mors est appellanda, 576, 1. Dupliciter anima dicitur mori per peccatum, VIII, 292, 1. Mors animæ plerumque vitio linguæ incipit, V, 583, 2 : *Mors et vita in manu linguæ : qui diligunt eam, comedent fructus ejus.* Mors in animam intrat per fenestras, id est per sensus, XII, 84, 2 ; 75, 1 : *Ascendit mors per fenestras;* XIV, 279, 1. Mortem spiritualem a proximo avertat fidelis, XI, 227, 2 : *Erue eos qui ducuntur ad mortem : et qui trahuntur ad interitum, liberare non cesses* (*Vide* Peccatum).

III. Mors secunda sive æterna. — Mors prima et secunda quæ dicantur, XXI, 50, 2 : *Qui vicerit, non lædetur a morte secunda ;* 352, 1 ; 356, 1, 2 : *Cæteri mortuorum non vixerunt, donec consummentur mille anni. Hæc est resurrectio prima. Beatus, et sanctus, qui habet partem in resurrectione prima : in his secunda mors non habet potestatem.* Mors æterna vocatur opprobrium, XIII, 168, 1 : *Multi de his qui dormiunt in terræ pulvere, evigilabunt : alii in vitam æternam, et alii in opprobrium, ut videant semper.* Mors viva in gehenna, VIII, 376, 1 : *Et erunt post hæc decidentes sine honore, et in contumelia inter mortuos in perpetuum* Mors gehennalis atrocior est quam corporalis, XV, 273, 1 . *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere : sed potius timete eum, qui potest et animam et corpus perdere in gehennam.* Mors infernalis pessima, quia erit vitalis, XVI, 380, 1. Mors impiorum non finienda, *Psalm.* 1, 323, 2 : *Sicut oves in inferno positi sunt, mors depascet eos* (*Vide* Infernus).

IV. Mors mystice sumpta, seu mors peccato. — Mors mystica justorum qualis, *Job*, 87, 2. Mors mystica peccato, quæ a Deo descendat, IX, 346, 1. Mors peccato quid sit, XVIII, 106, 1 : *Qui enim mortui sumus peccato, quomodo adhuc vivemus in illo?* 110, 2 et seqq. : *Scientes quod Christus resurgens ex mortuis, jam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel ; quod autem vivit, vivit Deo. Ita et vos existimate vos mortuos quidem esse peccato, viventes autem Deo in Christo Jesu Domino nostro.* Mortuus mystice describitur, XIX, 102, 1, 2 : *Mortui enim estis, et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo.* Mori mundo et peccato diversimode possumus, XVIII, 580, 1 : *Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, et ego mundo.* Solus mortuus mundo et voluptatibus Deum videre potest, XVI, 313, 1.

MOROSUS. Morosi præveniendo curandi, XVII, 373, 2.

MORSUS. Morsus detractoris, et morsus serpentis quomodo similes sint, VII, 346, 1. Morsus aspidis qualis sit, *ibid.* Ille detractoris, serpentis morsu pejor, *ibid.*, 2 (*Vide* Detractio, Detractor).

MORTALIS, MORTALITAS. Mortales omnes sumus, X, 487, 2 (*Vide* Mors). Mortalitas et passibilitas in beatis conscindenda, non deponenda, *Psalm.* I, 172, 2 (*Vide* Beati. Sancti).

MORTARIOLA. Mortariola quid, III, 593. 1.

MORTICINA. Morticina quæ dicantur proprie, XII, 135, 2 ; 534, 2. Morticinum comedere Judæis vetitum erat, 838, 1.

MORTIFICATIO. 1° *Quid sit mortificatio, ejus excellentia.* Mortificatio est quasi viva mors, IV, 562, 1, 2. Est gladius sanctus, *ibid.* Mortificatio e diametro voluptati opponitur, V, 198, 2. Ejus elogium, XV, 96, 1 : *Ipse autem Joannes habebat vestimentum de pilis camelorum, et zonam pelliceam circa lumbos suos.* Ipsa potior est oratione, VI, 275, 1. Mortificatio continuum est martyrium, XIII, 443, 1, 2 : *Job*, 376, 1 : *Caligavit ab indignatione oculus meus, et membra mea quasi in nihilum redacta sunt.* Velut victima est, eaque quotidie immolanda, et vino orationis condienda, V, 253, 2 : *Sapientia.... immolavit victimas suas, miscuit vinum, et proposuit mensam suam.* Per hanc corpus fit hostia vivens, XVIII, 200, 2 : *Obsecro itaque vos, fratres, per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum.* Mortificatus vir potest vocari spiritus contignati, V, 555, 2. Mortificatio et tribulationes sunt Christi opes et deliciæ, VIII, 91, 1 : *Veni in hortum meum, soror mea sponsa, messui myrrham meam cum aromatibus meis.* Mortificatio Jesu est passio similis passioni Jesu Christi, XVIII, 441, 1 : *Semper mortificationem Jesu in corpore nostro circumferentes, ut et vita Jesu manifestetur in corporibus nostris.* Mortificatio religiosorum quorumdam et sanctorum, III, 411, 2. Ejus officium et partes, XVIII, 209, 2.

2° *Mortificationis symbola.* Ejus symbolum erat altare holocaustorum, XIII, 500, 2. Mortificationi vacantium mens est altare holocaustorum, XII, 803, 2. Mortificatio passionum est velut bona uxor animæ, X, 243, 2 : *Ubi non est sepes, diripietur possessio : et ubi non est mulier, ingemiscit egens* Mortificatio per myrrham designatur, ejus vires et



effectus, IX, 645, 1, 2 : *Quasi myrrha electa, dedi suavitatem odoris ;* XV, 82, 1 : *Et apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera aurum, thus, et myrrham.* Mortificatio carnis est lebes mystice, XIV, 545, 2 : *Et erunt lebetes in domo Domini quasi phialæ.* Ejus symbolum est cingulum, XX, 258, 2 : *Propter quod succincti lumbos mentis vestræ, sobrii perfecte sperate in eam, quæ offertur vobis, gratiam, in revelationem Jesu Christi.* Est velut calceus christiani militis, XVIII, 680, 1 : *Induti loricam justitiæ, et calceati pedes in præparatione Evangelii pacis.* Per citharas seniorum repræsentatur, XXI, 129, 1. Mortificantes vitia, passiones et membra, pingunt tropologice Christum crucifixum, XIV, 514, 2.

3° *Mortificationis necessitas.* Mortificatio sectanda, et mundus ac caro relinquenda ad Christum transeuntibus, XV, 82, 2 : *Et responso accepto in somnis ne redirent ad Herodem, per aliam viam reversi sunt in regionem suam.* Mortificandi sunt assidue carnis appetitus et prava desideria, IX, 377, 2 : *Non credas inimico tuo in æternum : sicut enim æramentum æruginat nequitia illius ;* XV, 375, 1, 2 et seqq. : *Tunc Jesus dixit discipulis suis : Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me ;* XVIII, 133, 1, 2 : *Ergo debitores sumus non carni, ut secundum carnem vivamus. Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini : si autem spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis ;* XIX, 103, 2 : *Mortificate ergo membra vestra, quæ sunt super terram.* Mortificationis gladio truncandæ sunt cupiditates, XI, 301, 1 : *Maledictus qui facit opus Dei fraudulenter, et maledictus qui prohibet gladium suum a sanguine.* Mortificatio præmittenda ad orationem accedenti, XIII, 506, 2 : *Inter vestibulum et altare plorabunt sacerdotes ministri Domini et dicent : Parce, Domine, parce populo tuo.* Orationem debet comitari, IX, 645, 1, 2. Mortificationis gladius adhibendus est, dum orationi, prædicationi, aliisque piis operibus insistitur, IV, 239, 1 : *Ædificantium in muro, et portantium onera, et imponentium, una manu sua faciebat opus, et altera tenebat gladium. Ædificantium enim unusquisque gladio erat accinctus renes.* Præmittenda est sacræ Synaxi, XVI, 525, 1 ; 527, 1 : *Dicit ei* (Jesu) *Petrus : Domine, tu mihi lavas pedes? Respondit ei Jesus : Quod ego facio, tu nescis modo, scies autem postea. Dicit ei Petrus : Non lavabis mihi pedes in æternum. Respondit ei Jesus : Si non lavero te, non habebis partem mecum. Dicit ei Simon Petrus : Domine, non tantum pedes meos, sed et manus et caput. Dicit ei Jesus : Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lavet, sed est mundus totus.* Mortificatio affectuum communicanti necessaria est et Eucharistiæ effectus, VI, 478, 1 : *Quando sederis ut comedas cum principe, diligenter attende quæ apposita sunt ante faciem tuam : et statue cultrum in gutture tuo, si tamen habes in potestate animam tuam.* Mortificationi jugiter incumbendum, XXI, 139, 1, 2. Mortificatio sensim et continuo est facienda, XIX, 104, 1. Animose excipienda est, XV, 277, 1.

4° *Mortificationis effectus et fructus.* Mortificatio ultro assumpta, animæ prodest, VI, 334, 2. Viam sternit ad gratiam impetrandam, 522, 2. Frigus animæ et gelu corporis dissolvit, X, 411, 2 : *Medicina omnium in festinatione nebulæ : et ros obviam ab ardore vehementi humilem efficiet eum.* Mortificatio facit sanctum et sapientem, IX, 628, 2. Mortificatio remedium est cupiditatis, XVI, 194, 2. Castitatem tuetur, IX, 638, 2. Est cithara et mater ac nutrix virginitatis, XXI, 272, 1. Mortificatio appetituum et sensuum ... cordis munditiem, XX, 95, 1. Quietem affert, *Job*, 90, 1. Est mater pacis, VI, 387, 1, 2. Mortificatio cupiditatum liberum reddit a plagis, XXI, 165, 2 et seqq. : *Et vidi alterum angelum ascendentem ab ortu solis habentem signum Dei vivi, et clamavit voce magna quatuor angelis, quibus datum est nocere terræ et mari, dicens : Nolite nocere terræ et mari, neque arboribus, quoadusque signemus servos Dei nostri in frontibus eorum.* Mortificatio omnia difficillima perrumpit, V, 84, 1, 2. Mortificatio plus docet in sacris Litteris quam lectio, I, 14, 2. Mortificatio est via arcta ad cœlum ducens, XV, 209, 2 et seq. : *Intrate per angustam portam : quia lata porta, et spatiosa via est, quæ ducit ad perditionem, et multi sunt qui intrant per eam ;* XVI, 509, 1 : *Qui amat animam suam, perdet eam ; et qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.*

MORTUUS. 1° *Mortuorum status. Mortuus est,* omnium epitaphium, I, 126, 2 Omnes qui ante nos fuerunt, mortui sunt, V, 326, 2. Mortui silent, XII, 67, 2 ; 701, 1. Non curant res mundi, *Job*, 333, 1. Mortui a sæculi curis liberati, 90, 1. Mortui vivunt quoad animam post mortem, XX, 330, 2. Mortui carni vivunt Deo, *ibid. Mortui nihil sciunt,* quo sensu verum sit, VII, 312, 2. Mortui quo sensu non laudant Deum, IX, 493, 1 : XII, 433, 2. Mortuos cur consulerent divini, XI, 223, 1. Mortui cur Deum laudare negentur, *Psalm.* II, 85, 1. Mortuorum an Deus curam gerat, *Psalm.* II, 83, 1. Mortuis quomodo Christus prædicarit, XX, 349, 1 et seqq. Mortui in Domino qui sint, XXI, 281, 1. Mortui Israel qui dicantur, XII, 438, 2

2° *Quæ sint officia erga mortuos adimplenda.* Mortuis varia a vivis debentur, IX, 254, 2 : *Gratia dati in conspectu omnis viventis, et mortuo non prohibeas gratiam.* Mortuis quæ justa funebria debeantur, X, 278, 1 et seq. : *Fili, in mortuum produc lacrymas, et quasi dira passus incipe plorare.* Quare eorum mors ploranda, *ibid.* Eorum corpora sudario et linteo involvenda, terræque mandanda sunt, 279, 1 : *Et secundum judicium contege corpus illius, et non despicias sepulturam illius.* Honesta sepultura pro ritu patriæ eis procu-